

Hesse Amicorum optime, quod tibi ac Kratylavienfibus  
tuis bene feliciterq, evenire cupio. Fuerit ea res et tibi  
et illis salutis aeternae, si agrum Christi fidei tuis creditum  
atq, commissum colueris quam diligentissime. Is profectus  
si semen illud divinum intra seia velut viscera recondi-  
derit, fructus feret uberrimos. Atq, hoc quanto fuerit pro-  
claris, tanto magis providere debes, ne quid Zizania  
inter triticum tuum crescat. Quod fiet, si multitudi-  
nem a seditiosis concionatoribus concitatum ad tranquil-  
litatem plane Evangelicam tradideris. Sed quid ego ad  
te ista? hic mihi persuadeo te talento tibi dato opti-  
me usurum, ut non dubitem, quin hanc exoptatissi-  
mam vocem auditurus sis aliquando; Tuige serve bone  
et fidelis, reliqua tui nocte, de his haec. Constans  
fama est, Johannem Appellem de Episcopo suo in vin-  
cula esse conjectum, propterea quod uxorem duxerit,  
doleo equidem vicem amici nostri. (Sedena quia vobis  
ex Ribischo nostro coram, vale. Lipsia septim,  
ac mihi quamprimum rescribe, meq, ut facis, ama.  
Non: Jul: Ao M. D. XXIII.

Tuas Julij Gellij.

43.)

Johannes Latomus Secretario Senatori et Juro  
N. de Knabes S. D.  
Non te preterit, nisi fallor, patrone et vir ornatissime  
jam dudum e vivis excessisse, uxorem et conjugem  
Joannis nostri Lepidi, qui eam sic cupis anima deo vivat,  
ita tenere dilexit, ut nullam consolationem admittere  
omnino velit, verum indies et magis magisque haud  
mediocri

78  
mediocri dolore animus distulsiatur suus, cum se omni so-  
latis ac spe pignorum esse destitutum intelligit; quare  
eum uti ad secundas accedere nuptias velit necessari con-  
tinui adhortatur, inter quas nec minimus est, qui meas  
has ad tuam Sap. perferat literas, familiaris noster et  
barbitonsor; homo ne hercule non juvenilis, sed ad omnia  
accommodus, veluti experientia ipsa et morum integri-  
tas protestabitur. Is autem veluti proci eo ignorante,  
Argentiam petiit, quarens si forte dignam tanto viro  
dignam invenire queat, ne bonus iste homo, Sapidum puto,  
omni spe frustratus nutabundus admodum indefinenter

Sed ut rem paucis absolvam; scias præstantia tua  
esse mulierem quandam juvenulam, sororem Magistri Ana-  
stasii Schmalz, qui est à nobis elapso anno ad communem  
Reipublica Christiana statum, destruit, cujus vir annosissimus  
brevis etiam vita functus Haxanovæ, pingui fortuna suam  
insignem reddens uxorem. Hanc ut mihi videre videor Sapi-  
dus noster, si fieri posset, matrimoniali copula tibi jungi  
optare deberet, esset enim dignum olla operculum, et est in  
proverbio. Scires eo etiam ignorante perit et inscio hic  
factor suus Stephanus nomine per te percunctari cupit,  
an alteri nupserit, vel si huic Sapido matrimonio copulari  
posset. Rogo igitur te, ut sui causa eum adeas Fridericum  
de Gottsfriem et animum suam super hac re exquire, si  
forte quid in Sapidi emolumentum cedere posset; neq; omni-  
ni tenuis fortunæ est homo verum et animi et externis do-  
tibus non de extrema face hominum: reliqua si quid <sup>sibi</sup> dignum  
tua Sap. videbitur, hic familiaris meq; percunctante te, omnia  
claris indicabit. Vale. Data raptim Innoventi Dominica 1523.

Tuus Johannes Satomus

Inscriptio.  
Justissimo Senatori et Viri integerrimo Dño  
Nic. Knyeber patrono tuo maxime amando

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

Grat

quadr

man

regn

quo

respo

dim

san

cogo

nu